



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Innocentio XI. Ad Innocentium XII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

8. Exponi Nobis Nuper &c. Confirmatio Decretorum Sanctæ Cardinalium
Congregationis super aggregatione ad Provinciam Romanam à quibusdam
Pedemontanæ Provinciæ Monachis postulata emanatorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74849](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74849)

Eti-
am
mixti
ad
hunc
effe-
ctum
Neop-
hyti
cen-
sendi.

Pres-
by-
teri
super
præmis-
sis
nullatenus
molestan-
di.

Clausula
sublata &
Decretum
irritans.

Derogatio
contrariis.

Præsentis
quædam
valitura.

D. 30. Mar-
tii 1690.
P. A. pri-
mo.

VIII.

Confirmatio Decretorum Sanctæ Cardinalium Con-
gregationis super aggregatione ad Provinciam Ro-
manam à quibusdam Pedemontanæ Provinciæ
Monachis postulata emanatorum.

ALEXANDER VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Status
Congre-
gationis
Reforma-
tæ S. Ber-
nardi Or-
dinis Ci-
sterciensis
Sanctitati
sue exposi-
tus.

Joannes
Baptista à
S. Franci-
sco & Pe-
trus Fran-
ciscus à S.
Mauritio
Provinciæ
Romanæ
aggregari
postulant.

Transmarinarum Regionum, etiam si Christianorum
filii, & in infantia baptizati, vel etiam inter se, vel
cum Europæis mixtim progeniti sint, ad concessio-
nis huiusmodi effectum esse, & intelligi debere Neop-
hytos, dictosque Presbyteros cum huiusmodi,
vel ut matrimonio conjungi, vel in jam contracto
remanere possint, sive eorum alter tantum, sive
etiam uterque, inde oriundus, ac proprie Indigena
sit in locis, alias ut supra in quibuscumque consan-
guinitatis, vel affinitatis gradibus Jure Divino, ut
supra non prohibitis, primo excepto, & alias ut
præfertur, gratis tamen dispensare posse concedimus,
& indulgemus. Quin etiam, quia de mixtim pro-
genitis, quos mixtos vocant, majus dubium esse
accepimus, cum eisdem mixtis, quos similiter ad
hunc effectum Neophytos censendos esse decerni-
mus, in gradibus & Matrimonii contractis, & con-
trahendis prædictis, gratis tamen, dummodo non
ita facile id fiat, dispensare, eisdemque Presbyteris
facultatem desuper concedimus opportunam.

§. 15. Decernentes, Presbyteros dictæ Societa-
tis super præmissis, & aliis juxta facultates prædi-
ctas, & illarum vigore, servatâ tamen illarum formâ
exequendis ex quovis alio prætextu, vel quovis co-
lore, per quoscumque loci Ordinarios, seu alios Su-
periores & Judices Ecclesiasticos, & seculares qua-
vis auctoritate fungentes, molestari, perturbari, vel
inquieteri nullatenus posse.

§. 16. Sicque in præmissis per quoscumque Judi-
ces, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judi-
candi, & interpretandi facultate, & auctoritate judi-
cari, & definiri debere, ac irritum & inane, si secus
super his à quoquam, quavis auctoritate scienter,
vel ignoranter, contigerit attentari.

§. 17. Non obstant, præmissis, ac quibuscumque Con-
stitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac
quatenus opus sit nostra de non concedendis Indul-
gentiis ad instar, statutis, & consuetudinibus cæte-
risque contrariis quibuscumque.

§. 18. Præsentibus ad viginti annos à fine aliorum
viginti annorum, ad quos similes gratiæ à fel. rec.
Clemente Papa IX. Prædecessore nostro concessæ fue-
runt inchoandos, tantum valiturus. Datum Romæ
apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscato-
ris die 20. Martii MDCXC, Pontificatus Nostri
Anno Primo.

demontana susceperant, & professionem per eosdem
emitti consuetam in eadem Provincia emiserant, Re-
gulares, ad Congregationem venerabilium Fratrum
nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consul-
tationibus Episcoporum, & Regularium præposi-
tam recursum habuissent, aggregationem inter Mo-
nachos expresse professos dictæ Provinciæ Romanæ,
eo quia in hac nati fuerant prætendentes, ipsa Con-
gregatio Cardinalium Decretum edidit tenoris, qui
sequitur, videlicet; In causa Romana Filiationis,
seu declarationis vertente inter Patres Joannem Ba-
ptistam à S. Francisco Salezio, & Petrum Franciscum
à S. Mauritio Ordinis Cisterciensis Congregationis
Reformatæ S. Bernardi ex una, & Patres Provinciæ
Romanæ ejusdem Ordinis partibus ex altera; Sacra
Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardi-
nalem negotiis, & Consultationibus Episcoporum,
& Regularium præposita, audito R. Patre Procurato-
re Generali Ordinis, Partibus informantibus, refe-
rente Eminentiss. Bafadonio, censuit prædictos, P.
P. Joannem Baptistam à S. Francisco Salezio, & Pe-
trum Franciscum à S. Mauritio adscribendos esse Pro-
vinciæ Pedemontanæ in qua professi sunt, prout præ-
sentis Decreti tenore adscribi mandat, & præcipit.
Romæ 9. Aprilis 1687. G. Cardinalis Carpineus, Lo-
co † Sigilli. B. *Panciatius Secret.*

§. 3. Postmodum vero, etiam dilectus Filius Do-
minicus à S. Josepho Avenati Monachus pariter ex-
presse professus ejusdem Congregationis, qui habitum
supradictum in eadem Provincia Pedemontana susce-
perat, atque inibi professionem prædictam similiter
expresse emiserat, ad eandem Congregationem Car-
dinalium similem recursum habuit inter Monachos
Provinciæ Romanæ, & Congregationis præfata-
rum, eo quia similiter in Provincia huiusmodi natus
fuerat, & propter alias leves causas aggregari expo-
stulans. Verum interea per parte eorundem Expo-
nentium, qui Joannem Baptistam, & Petrum Fran-
ciscum supradictos instantiam in eadem Congrega-
tione Cardinalium renovare velle præfenerant,
Nobis supplicato, ut præinsertum Decretum ad
præfatum Dominicum extendere dignaremur.

§. 4. Nos libellum supplicem Nobis super præ-
missis porrectum remisimus ad eandem Congrega-
tionem Cardinalium, à qua emanavit aliud Decre-
tum tenoris, videlicet; In causa vertente inter Pa-
trem Provinciale Provincie Romanæ Ordinis Ci-
sterciensis, Congregationis reformatæ S. Bernardi ex
una, & Patres Provinciæ Pedemontanæ ejusdem
Ordinis partibus ex altera, de, & super aggrega-
tione nonnullorum Patrum in ipsa Pedemontana pro-
fessorum Provinciæ Romanæ, Sacra Congregatio
Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E.
Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episco-
porum, & Regularium præposita, Partibus ipsis au-
ditis, reque maturè discussa, censuit servandum esse
Decretum alias die 9. Aprilis 1683. ab eadem S. Con-
gregatione editum, prout præsentis decreti tenore
omnino servari mandat, & præcipit. Romæ 16.
Martii 1690. G. Card. Carpineus. Loco † Sigilli. A.
Altovitus Secret.

§. 5. Cum autem, sicut eadem expositio subjun-
gebat, Exponentes Præfati Decreta huiusmodi, quo
firmius subsistant, & serventur exactius, Apostolicæ
Confirmationis nostræ patrocinio communiri sum-
mopere desiderent; Nos specialem ipsis Exponenti-
bus gratiam facere volentes, & eorum singulares
personas à quibuscumque Excommunicationis, suspensio-
nis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis,
Censuris, & penis, à jure, vel ab homine, quavis
occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet
innodata existunt, ad effectum præsentium dumtaxat
consequendum, harum serie absolventes, & absolutas
fore censentes, supplicationibus eorum nomine No-
bis super hoc humiliter porrectis inclinati, duo De-
creta præinserta auctoritate Apostolica tenore præ-
sentium approbamus, & confirmamus, illisque in-
violabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus;

Decre-
tum à Car-
dinalium
Congrega-
tione deli-
per ema-
natur.

Eti-
am Do-
minicus à
S. Josepho
eandem
aggrega-
tionem
exoptat.

Aliud su-
per hac re
Congrega-
tionis De-
cretum.

Quæ duo
Decreta
Apostolica
Autorita-
te confir-
mantur.

salva

Decre-
tum ro-
rans & ir-
ritans.

salva tamen semper in præmissis auctoritate memo-
ratae Congregationis Cardinalium.

§. 6. Decernentes easdem præsentis litteras fir-
mas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque
plenarios & integros effectus sortiri, & obtinere, ac
illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit,
in omnibus & per omnia plenissime suffragari,
& ab eis respectivè inviolabiliter observari, sicque
in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios,
& Delegatos, etiam caesarum Palatii Apostolici Au-
ditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, &
inane, si secus super his à quoquam, quavis aucto-
ritate, scienter vel ignoranter, contigerit atten-
tari.

Deroga-
tio con-
trariis.

§. 7. Non obstantibus præmissis ac Constitu-
tionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non
quatenus opus sit Congregationis, & Provincia-
rum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione
Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis sta-
tutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, in-
dultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmis-
sorum quomodolibet concessis, confirmatis, & in-
novatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum te-
nores præsentibus pro plene & sufficienter expres-
sis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias
in suo robore permansuris, ad præmissorum effe-
ctum, hac vice dumtaxat specialiter & ex-
presse derogamus, cæterique contrariis quibus-
cumque.

Transum-
ptorum fi-
des.

§. 8. Volumus autem, ut earumdem præsentium
litterarum transumptis, seu exemplis, etiam im-
pressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, &
sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ
munitis eadem prorsus fides, tam in Judicio, quam
extra illud, ubique locorum habeatur, quæ habe-
retur ipsis præsentibus, si exhibitæ forent vel osten-
sæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub
annulo Piscatoris die 12. Apr. MDCXC. Pontifica-
tus Nostri An. Primo.

D. 12. A-
prilis 1690.
P. A. pri-
mo.*J. F. Card. ALBANUS.*

IX.

Concessio Privilegiorum pro Ordine Fratrum Beatæ
Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum.

ALEXANDER PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium
à solito fa-
vendi Re-
ligiosis
Ordini-
bus.

INscrutabili æternæ sapientiæ consilio speculatores
Domus Israel, nullo licet meritorio Nostorum
suffragio, constituti, Religiosos Ordines, in Ecclesiâ
Dei piè sanctèque plantatos, ac uberes bonorum
operum fructus proferre jugiter satagentes, favoribus
& gratiis, quibus possumus amplissimis, libenter
prosequimur, prout rerum & temporum qualita-
tibus debite pensatis conspiciamus in Domino salu-
briter expedire.

Fratres
Ordinis B.
Mariæ de
Mercede
aliorum
Ordinum
privilegia
ob gravis-
sima quæ
subeunt
discrimina
exoptant.

§. 1. Cum itaque, sicut Dilectus Filius Bartholo-
mæus de Ribero Vicarius, & Procurator Generalis
Ordinis Fratrum Beatæ Mariæ de Mercede Redem-
ptionis Captivorum Nobis nuper exponi fecit, Fra-
tres, & Religiosi ejusdem Ordinis in Captivorum
Redemptione gravissima quæque discrimina, & pe-
ticula ad id subeundo indefessè occupentur, & ut
tam pium opus eo alacrius continuent, ac utilius
exequantur, plurimum cupiant aliarum Religio-
num & Ordinum gratias & privilegia, hæcenus à
Sede Apostolicâ concessa, dicto eorum Ordini, il-
liusque Fratribus, & Sociis per Nos & Sedem ean-
dem concedi, & communicari, Nobis propterea
idem Bartholomæus Vicarius, & Procurator Ge-
neralis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis op-
portunè providere, & ut infra indulgere debenigni-
tate Apostolicâ dignaremur.

Absolutio
ad effe-
ctum.

§. 2. Nos igitur memoratum Ordinem Beatæ
Mariæ de Mercede, cujus Nos, dum Cardinalatus

honore fungebamur, Protectores Apostolicâ auctori-
tate deputati eramus, propenso Apostolicæ Charita-
tis studio complectentes, ipsumque Bartholomæum
Vicarium, & Procuratorem Generalem, & singu-
lares hujusmodi Ordinis Personas à quibusvis ex-
communicationis, suspensionis, & interdicti, aliis-
que Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à
jure, vel ab homine quavis occasione, vel causâ latis,
si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effe-
ctum præsentium dumtaxat consequendum, harum
serie absolventes, & absolutas fore censentes, hu-
jusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium
Fratrum Nostorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Car-
dinalium negotiis & consultationibus Episcoporum,
& Regularium præpositorum consilio, eadem Or-
dini Fratrum Beatæ Mariæ de Mercede Redemptio-
nis Captivorum illiusque Domibus, & Regularibus
locis sub illo comprehensis, nec non Magistro Ge-
nerali, pro tempore existentem, Definitoribus, &
Procuratoribus Generalibus, Visitatori, Consulo-
ribus, Assessori, Superioribusque Provincialibus,
& Conventualibus, aliisque cujuscumque nominis
Officialibus, Superioribus, ac Religiosis omnibus,
& singulis, in eo professis Fratribus pro tempore ad
captivos redimendos transmissis, & Capitulis Ge-
neralibus, personis Regularibus, Novitiis, Conver-
sis, Donatis, Oblatis, Ministris, Famulis cujus-
cumque, tam Officiariis, quam domesticis, & eorum
Domibus inservientibus, & cæteris dicti Ordinis, ac
illius domorum, & Regularium locorum personis
quibuscumque, pro tempore existentibus, nec non
quibusvis aliis personis, ac Christi-fidelibus illorum
Ecclesias, seu capellas pro tempore visitantibus, ut
omnibus, & singulis privilegiis, libertatibus, im-
munitatibus, exemptionibus, præeminentiis, an-
telationibus, concessionibus, indultis, favoribus,
indulgentiis, aliisque prærogativis, & gratiis, uni-
versis & singulis, tam spiritualibus, quam tempo-
ralibus, singulis Domibus, Conventibus, & aliis
Regularibus locis, ac personis, tam Canonicorum,
quam Clericorum Regularium ubivis existentium
Institutiis, & non solum Ordinibus Monasticis, sed
etiam Regularibus mendicantium, & non mendi-
cantium, tam pro redimendis captivis, quam aliis
quomodolibet Ordini Sanctissimæ Trinitatis Redem-
ptionis captivorum, illiusque Domibus, Con-
ventibus, & Fratribus, nec non omnibus, & qui-
buscumque Congregationibus Regularibus, & præci-
pue Clericorum Regularium infirmis ministrantium,
& Canonicorum Congregationis Sanctissimi Salva-
toris Lateranensis, Sancti Salvatoris de Bononia, ac
etiam Sancti Ruffi Valentia, & Sanctæ Crucis Co-
nimbriae, Clericorum Regularium de Somaſcha, &
Pauperum Matris Dei, ac Scholarum Piarum ipsi-
que Monasticis Congregationibus, etiam Cassinensi,
aliisque Monachis, & Monasteriis Sancti Benedicti,
Sancti Hieronymi, Carmelitis Discalceatis, Con-
ventui Beatæ Mariæ de Guadalupe, nec non Societa-
ti Jesu, ipsisque Cartusienſium, Præmonstraten-
ſium, & Reformatorum Cisterciensium, Servita-
rum, Olivitanorum Ordinibus, aliisque Familiis,
& Societatibus Regularibus, Militiis, Hospitalibus
quibuscumque, & piis locis Regularibus, ac qui-
buscumque personis nunc, & pro tempore existen-
tibus præfatorum, & quorumlibet Ordinum, So-
cietatum, & Congregationum Regularium per Nos,
& Sedem prædictam, ac alios quoscumque Præde-
cessores Nostros Romanos Pontifices, nec non ejus-
dem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam
de Latere Legatos, & quosvis Sedis prædictæ Nun-
cios, vel etiam tam Apostolicâ prædictâ, quam Or-
dinariâ, & Regiâ, vel Imperiali auctoritatibus, re-
spectivè, aut aliis quomodolibet quibuscumque ver-
borum expressionibus, & tenoribus in genere,
vel in specie, ac particulariter, tam per com-
municationis, & ampliationis, quam simplicis
& individuae ac particularis, & specialis concessio-
nis, ac etiam Motu proprio, & ex certâ scientia,
& de Apostolicâ potestatis plenitudine, etiam ite-

Dicto B.
Mariæ Or-
dini in-
nuitates
quavis &
Privilegia
postcri-
pus Ordi-
nibus alias
concessa
pariter
concedun-
tur.